UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Practica Octaviani Vestrii I. C. Foro Corneliensis

**Vestri, Ottaviano**

**Coloniae Agrippinae, 1597**

**VD16 V 940**

De obseruatione terminorum in crimine, vel alio facto notorio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63002

Visual Library

Primo pro prima dilatione,
Secundo pro ſecunda, } Singuli ad primam.
Tertio pro tertia.
Quarto pro quarta. }

Solent tamen practici, vt hanc telam ac terminorum obſeruationem euitent, commiſſionem impetrare, qua datur, vt loco omnium ſuprà dictorum terminorum præfigatur terminus victo ad docendum de appellatione, legitimaq; eius proſequutione, quo elapſo, ad exequutionem procedatur.

### ANNOTATIONES.

Nonnunquam.) *Formu. aduoc. videas in prin. ca. 14. num. ſeq. & iterum cap. 35.* a

Ad docendum.) *Prædicti formu. compilatorem legas cap. 40. Nico. Anto. Grauatius.* b

## *De obſeruatione terminorum in crimine, vel alio facto notorio.*

## CAP. XI.

### SVMMARIVM.

1 *Notorio in facto quomodo procedatur. & num. 3. & 4.*

2 *Notorijs in cauſsis ordo eſt, ordinem non ſeruare. & num. 4.*

PLerunque *a* etiam res * non ordinariã cog- a
nitionem deſiderat, vtpote vbi ſuper no- 1
torio crimine, vel alio facto ageretur, quo
*caſu iuris ordinem non ſeruamus, immò illum 2
non ſeruare eſt ſecundum iuris ordinem procedere, extra de iureiur. c. ad noſtram. 3. q. Quamobrem extraordinariam vocamus eorum cognitionem, quæ traditur extra de accu. c. qualiter.

2.§. ad corrigendos & de ſimo.cap.licet (heli. in
princip. Amplius in ſimilibus nullæ recipiuntur
probationes, extra de accuſ. c. euidentiam extra
de cohabi.cleri. & mulier.c.tua.2.quæſt.1.c.ma
nifeſta, & c.de manifeſta, & cap.ſcelus, l. ea
dem, C.de accuſa.nullum porrigemus libellum,
neque vlla cauſſæ cognitio adhibetur, extra de
3 fil.presbyt.c.quoniam. Hinc* ſacrum Palatium
omiſſa omni tela in ſimilibus, his duntaxat vti
tur terminis.

Ad dicendum contra commiſſionem, quæ iu
dici iuriſdictionem tribuit, exinde dabit actor
articulos ſuæ intentionis, & citabitur reus ad di
cendum contra articulos, quibus tantum pro
miſſis abſque alia tela, ac terminorum obſerua
tione ad ſententiam procedetur.

## ANNOTATIONES.

a Perunque.) *Hac in re Formu. aduoc. ſæpe citatus lo*
*gas in princ.ca.17. & 18. Et nimirum eſt, ſi ſuper notoriis or*
4 *dinaria cauſſæ cognitio non deſideratur, cùm* in eo ordina*
*ris eſt, ordinem non ſeruare. Specu.tit.de expenſ.§. vltim.*
*fin. Felin. in c.euidentiam, de accuſ. & c.cum non ab homine*
*de iudi. Pariſ.conſ.147.lib.4. latiſſimè Butr. in repe.c.no*
*de cohab. cler. & mul. Marſ. in praxi.§ ſecunda, nu.41. cum*
*ſeq. & præter prædictos, qualiter ipſo in notorio procedatur*
*docent Bal. aut quiſquis ille fuerit, in praxi quæſt. circa in*
*quiſitionem, q.5. Gram. deciſ.36.nu.36. & ſeq. Caret. in ſua*
*praxis primordio.nu.41. multis cum alijs Algid. Boſſius in*
*quomodo proced. in crim. notorio. & Foller. in praxi. in ca.*
*quòd eſt notorius delinquens, per totum, quibus in locis affa*
*tim materiam hanc ediſſerunt. Nic. Ant. Grauat.*

### *Adnotationes communes circa terminorum obſeruationem.*